



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Servestae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Ipsa tua es: primumq; tuis cum montibus orta:
Cum cali ipsius finibus orta tui.*

Dives agri, dives quasita vestis, & auri:

Gens, dubium est, armis justitiãne prior.

Est hominis, patriis alios bene vincere telis:

Justitia teipsam vincere velle, Dei est.

Otto primus Imp. obiit anno Christi 974 in monasterio Memlebio; inde Magdeburgum auctus, ibique prope conjugem Editam sepultus est, cum hac inscriptione:

*Tres luctus causa sunt hoc sub marmore clausa,
Rex, decus Ecclesia, summus honor patria.*

IN MEDIO FORO URBIS
veteris.

Rolandum vix vetustate agnitum, Consules D. Joan. Scheyring, artium & utriusq; Juris Doctor: & D. Heyne Aleman, S. P. Q. M. expensis renovari ac restaurari curarunt. Anno Domini M. D. XXXIX.

SERVESTAE.

INSCRIPTIO GYMNASII

HÆc rase nuper fratrum fundata caterva,

Atq; cuculligero tecta dicata gregi,

Aonidum addixit templis, Christosq; sacravit.

Ascania princeps fama decusq; domus.

Sic de tergemino meritis praclarior orbe,

Sic rebus patria commoda plura ferens,

Quam cum pervigili Alcides custode perempto,

Abstulit ad Grajos aurea poma lares.

Deniq; sic magni mensuram nominis implens

Ascanæ quod primo de genitore refert.

Salve Musarum spes, & pietatis asylum,

Quo florent urbes praeside, rura, foci.

IN NICOLAI.

Hoc sua sub tumulo tegit inclytus ossa Joannes
 Anhalti Princeps Ascaniaq; Comes.
 Huic pater Ernestus virtute insignis avorum
 Et generis clarus nobilitate fuit.
 Margarit ex ducibus Monsterbergensibus orta
 Mater erat, variis pectoris aucta bonis.
 Hinc genus antiquum trahit, hinc exordia princeps
 Sumit, in hac cujus membra teguntur humo.
 Qui patriam magna curaq; fideq; gerendo
 Perpetuo meruit laudis honore coli.
 Nam chara ad patria respexit commoda, donec
 Vixit, & Ascanico praesuit imperio.
 Felices cujus ductu auspicioq; fuerunt
 Cum populis urbes, curia, templa, schola.
 Lustra novem vitaeq; duos compleverat annos,
 Hunc avida rapuit cum fera Parca manu,
 Hunc igitur nobis licet invida fata tulerunt,
 Et necuit talem mors violenta virum,
 Tres tamen heredes patria post fata reliquit,
 Hos tua perpetuo dextera Christe tegat.

ALIUD.

Hac situs in terra recubat, cui terra Joanni
 Fatale Erdmanno nomen & omen erat.
 E terra geniti sub terram quisq; redimus,
 Natus humo, sub humum rursus humatur homo.
 Huc omnes properant, huc tendunt Cyrus & Irus,
 Vita bonos pariter mors rapit atq; malos.
 Hic ubi de Sorabis Servesti mœnia dicta
 Incolit Ascania stirps generosa domus,
 Magnanimo docuit confessus pectore Christum,
 Quinq; ubi cum lustris anni abiere duo:
 Quod nihil in calis operum fiducia proficit,
 Sola sed in Christi sanguine fixa fides.
 Victor ad inferni qui cum descenderit hostem,
 Mortifera domuit noxia monstra Stygis.

WULFENBUTLIAE.

*Non huic mellito spiravit ab ore venenum,
 Consona sed menti lingua manusq; fuit.
 Pacis amans, studio quarebat simplice pacem,
 Sape est consilio rixa diremta viri.
 Non pedibus pariter templo insistebat & aula,
 Contentus sortis conditione sua.
 Tres ubi cum lustris duodenis vixerat annos,
 In domino placida morte sepultus obit.
 Mors aditus vite, mors ipsa est janua cali,
 E medio justis funere vita redit.
 Desine livor edax, nihil obsunt verba sepulchris,
 In Christo moriens omnia victor habet.*



WULFENBUTLIAE.

Hic Dux Henricus prope corpora cara duorum
 Natorum, Marvora quos truculente necat,
 Conditur, ac latus caelesti pace quiescit,
 Ridet & arumnas, impie munde, tuas.
 Qua mala non vidit? quos non tulit ipse labores?
 Aurat & chlamydis non minus atq; toga.
 Tertius at patria spes unica stirpis IULUS,
 Humanos casus aspice, regna tenet.
 Obiit anno 1568. xv. Julii inter 7.
 & 8. vespertinam.

STATHAGAE.

EPITAPHIUM D. OTTHONIS
 Comitis Schoumburgii.

Hic utrinq; sua consortis imagine cinctus
 Stat Comes illustris Jodoci filius Ottho,
 Ottho Comes Schoumburgiaca primaria gentis
 Gloria, consilio prestans, dextraq; fidelis
 Ensisfera, Turcisq; olim Gallisq; tremenda:

Caesaribus